

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

890. An, & quæ beneficia uniri possint Monasteriis, & Collegiis Regularium,  
Hospitalibus, aliisqúe piis locis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

**Sectio II. Caput I.**

426 *De iure parochiarum*  
 vacantia non univerit, & vacantia in mensibus reservata  
 tis unire non potest; cum in hoc frans censetur &c.  
 Adcōque, ut Garc. nū. 105, poterit Episcopus, &  
 hæc beneficia reservata, etiam post vacationem  
 illorum unire, quando vacantia in suo mense, &  
 ad suam collationem spectantia ipse prius univit.  
 Ex quibus etiam deducitur, quod uniri nequeant  
 Seminario, quæ ita reservata sunt Papæ, ut quo-  
 cunque mente videntur, subsistent illius solius provi-  
 sioni, ut sunt beneficia familiarium &c. Castrop.  
 loc. cit. Neque uniri possunt ab Episcopo Semina-  
 rio beneficia litigiosa, quia aliud est beneficium  
 litigiosum, aliud beneficium referatum, Barbos.  
 juris Eccles. l. 3. c. 16. n. 30. citans Rotam in Cordub.  
 præstmon. 13. Jan. 1623.

**Questio 890.** *An, & qua beneficia uniri  
 possint Monasteriis & Collegiis Regularium,  
 Hospitalibus, aliisque piis locis?*

**R**espondeo primò: Posse Episcopum unire be-  
 neficia Abbatiis, Monasteriis, & locis religio-  
 forum. Garc. p. 12. c. 2. nū. 77. citans Felin. in c. in  
 nostra. n. 42. de rescr. Tond. qg. benef. p. 3. c. 151. n.  
 1. & 2. Lott. l. 1. q. 29. n. 39. eo quod potest uniri  
 beneficiis non exempta sua diœcesis concessa  
 quoque sit Episcopis, ut eā uti possint in favorem  
 Monasteriorum, & locorum regularium, per c. con-  
 sultationibus, & c. pastoralis, de donat. & Clem. si una  
 de reb. Eccl. non alien. Tond. cit. num. 2. Et sic posse  
 Episcopum beneficium sua diœcesis faculare ali-  
 cui religioni unire, stantibus decretis Concilii  
 Trid. exp̄s tradit Barbos. juris Ecclesiast. l. 3. c.  
 16. n. 36. ex Sanch. in Decalog. l. 7. c. 29. n. 147. &  
 148. & cum iis Castrop. cit. p. 12. §. 3. n. 21. Item  
 posse eum Ecclesiam secularis fibi subjectam Mo-  
 nasterio religiosorum, vel alteri loco pietatis com-  
 munis causâ constructo donare, tradit Azor. p. 2.  
 l. 6. c. 28. q. 19. etiam, cum illa Ecclesia non vacat,  
 juxta c. consultationibus, & c. pastoralis, de donat, ubi  
 etiam haec ex Abb. in c. suggestum, de jurep. Azor  
 hanc dat differentiam inter illam donationem, quæ  
 una Ecclesia alteri darur, & inter conjunctionem,  
 quæ una annexitur alteri: Quid dum una alteri  
 donatur, redditus & cetera bona Ecclesia, quæ da-  
 tur, concedantur alteri, ut in propriis usus con-  
 vertat. Limitanda tamen hæc, ut tale beneficium  
 secularis vel Ecclesia non sit alterius diœcesis (pro-  
 hibetur enim s̄eff. 14. c. 9. Trid. fieri uniones bene-  
 ficiorum unius diœcesis cum Monasteriis, Collegiis,  
 & aliis piis locis alterius diœcesis, ne Eccle-  
 siasticus ordo confundatur, & fiat una Ecclesia  
 duarum diœcēsium. Gonz. cit. §. 7. n. 62.) aut etiam  
 curata juxta mox dicenda. Barbos. loc. cit. de ce-  
 tero procedunt dicta, etiam religiosi, & Monas-  
 teria, quibus sit unio, sint exempta. Tond. loc. cit.  
 Garc. loc. cit. num. 78. citans Calder. conf. s. dereb.  
 Eccl. Cardin. in Clem. si u. n. 11. Caccialup. tr. de  
 union. a. 4. q. 4. contra Per. de Peru. eod. tr. a. 4. n.  
 10. Idem est de Hospitalibus aliisque, piis locis.  
 2. Respondeo secundo: Ecclesiæ tamen Paro-  
 chiales, & beneficia curata nequit. Garc. loc.  
 cit. n. 86. Barbos. juris Eccles. l. 3. c. 16. n. 33. Castrop.  
 de benef. d. 6. p. 12. §. 3. num. 17. Azor. loc. cit. q. 17.  
 Ventrigl. to. 2. annot. 8. §. 1. n. 13. Tridentino s̄eff.  
 24. c. 13. Sic expressè statuente, ne Ecclesiæ Pa-  
 rochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abbatis,  
 seu dignitatibus aut præbendis Ecclesiæ Cathe-  
 dralis, vel Collegiatæ, sive aliis beneficiis simpli-

cibus seu Hospitalibus, militiisive uniantur. Arque  
 ita per hauc Tridentini dispositionem reflecta  
 jan est potestas, alia de jure Ordinario concilia  
 Ordinarii seu Episcopis, intendi qualibet ba-  
 diœcesis beneficia aliis beneficiis, Monasteriis &  
 piis locis. Castrop. loc. cit. seu, ut ait Lott. loc. cit.  
 n. 40. in hoc plurimum angustatum est jus com-  
 mune, quo in pecto, facultas uniriendi competens  
 Ordinario refertur ad omnia beneficia præter Ec-  
 cleias Cathedrales & religiosorum. Extenditur  
 que hoc ipsum decretum Trident. juxta S. Con-  
 gregat, declaratione, ut non solum intelligendum  
 sit de ipsorum Parochialium beneficiorum uno-  
 ne; sed etiam de aliqua parte fructuum eorumdem,  
 ut ea diœcis locis uniri ab Episcopo nequeat. Ven-  
 trigl. loc. cit. Garc. loc. cit. n. 87. Barbos. loc. cit. n. 13.  
 citans Ricciū in pr. fori Eccl. deis. 492. editio  
 prime, alias resol. 383. nū. 5. Neque admittenda  
 limitatio, quam tradit Gonz. ad reg. 8. gl. 6. nū. 96.  
 & cum eo Barbos. loc. cit. n. 34. & Ventrigl. loc.  
 cit. num. 14. Quod sub hoc Tridentini decreto non  
 veniant ex Parochiales, quæ certos fines & limites  
 non habent, sed solum certum populum, & per  
 certas familias distinguuntur, usque adeo, ut Sa-  
 cramenta promiscue non administrantur; qualiter  
 dicunt, censuisse S. Congregationem; & quod  
 hæc non videantur esse propriæ Parochiales. Garc.  
 loc. cit. n. 88. Castrop. loc. cit. n. 18. eo quod, esto,  
 talis Ecclesia non sit propriæ Parochialis, sit tamen  
 beneficium propriæ Parochiale, ut Castrop. fallan-  
 tur autem isti AA. allegando dictam S. Congre-  
 gat, declarationem; cum ea non referatur de-  
 cretum illud Trid. de unionibus, sed ad decretum  
 contentum in finalibus verbis cit. c. 13, quo dispo-  
 nitur, ut Episcopi in iis Parochiis, quæ non habent  
 fines, neque earum Rectores populum certum,  
 sed promiscue pertinentibus Sacramenta admini-  
 strant, distincto populo in certas propriæ Pa-  
 rochias, unicuique suum perpetuum peculiare  
 que Parochium assignant, a quo solo Sacramenta  
 percipient, aut utiliore modo provideant; in ac-  
 tio S. Congregatio decidat, sub hoc decreto non com-  
 prehendi Parochiale, quæ etiæ certos fines non  
 habeat, habet tamen certum populum, & per certas  
 familias distinguuntur, ita ut Sacramenta pro-  
 miscue non administrantur; de decreto vero uni-  
 nis nihil declareret. Garc. & Castrop. l. cit. Neque  
 admittenda alia limitatio, quæ Barbos. cit. n. 34.  
 Tond. loc. cit. n. 5. C ubi etiam, quod Tridenti-  
 num quo ad dispositionem illam, quæ disponit cura-  
 rata non uniri Monasteriis, non esse in Gallia re-  
 ceptum. citato pro hoc Gonz. gl. 5. §. 7. num. 46.  
 excipiunt uniones beneficiorum curatorum, quæ  
 fiunt pro fundatione, dotacione, augmento pio-  
 rum locorum, & fidei Christianæ defensione, &  
 propagatione, bonaumque artium culm, quia dum  
 Trident. absoluere, & sine dicta limitatione prohi-  
 bunt fieri dictis locis uniones Parochialium, ex illi-  
 mitatio sine fundamento apponitur. Castrop. cit.  
 n. 18. & ut idem recte sit, si Trident. prohibet  
 fieri istiusmodi Parochialium beneficiorum unio-  
 nes Seminario, in quo tamen juventus inserviatur  
 ad fidei Catholica defensionem, & propagatio-  
 nem, bonaumque artium culm, teneat dictis suis  
 non tribuit illam potestatem Episcopis faciendis  
 dictis uniones, male etiam citatur à Barbos. Gonz.  
 cum is ibi solum loquuntur de reg. 12. Canicil. Re-  
 vocatoria unionum, sensuque ab ea non compre-  
 hendi tales Parochialium uniones factas pro fun-  
 datione

datione, augmento vel conservatione piorum locorum. Unde jam, dum hodiecum vides paucum Parochialia beneficia unita & incorporata. Collegii Regularium, has uniones crede factas vel ante Tridentinum auctoritate etiam Episcopali; vel post Tridentinum interveniente auctoritate Sedis Apostolicæ. Card. de Luca. ad Irid. d. 8. n. 19. id ipsum etiam applicans unionibus illiusmodi beneficiorum Parochialium factis Canonicibus, dignitatibus, mensisque Capitularibus. Porro, dum quandoque Ordinariis hodiecum etiam conceduntur à Papa indulta faciendo uniones hujusmodi, an dicta concessio censenda sit personalis, an vero etiam ad Successores transeat, qualiterque intelligenda & practicanda, idem Cardin. ibid. n. 21. ait, generali regula definiti non posse; cum non sit punctus juris, sed facti, ex ipsis facti particulari qualitate, & circumstantiis decidendum. Ac denique, quoniam dicatur beneficium Parochiale & curatum, utiliter leges apud Gonz. gl. 6. à n. 34. per plurimos num. subseq.

**Quæstio 891.** An, & quæ beneficia uniri possint Capitulo & mense Capitulari, aut etiam fabrica Cathedralis vel Collegiata?

**I.** Respondeo primò: Ipsi Capitulo, seu Capitulari mensa, seu massa uniri non possunt ab Episcopo etiam simplicia. Castrop. de benef. d. 6. p. 12. §. 2. n. 6. Azor. p. 2. l. 6. c. 28. q. 17. Garc. p. 12. e. 2. n. 168. Lott. l. 1. q. 29. nu. 45. Ventrigl. 10. 2. annot. 8. §. 1. n. 20. Barbol. juris Eccles. l. 3. c. 16. nu. 35. Gonz. ad reg. 8. gl. 37. n. 26. (ubi ait: Consului & obtinui in S. Congregatione Trid. mense Septemb. anni 1610. quod unio facta ab Episcopo Caveni mensa Capitulari de quibusdam beneficiis simplicibus, vigore Trid. sess. 24. c. 15. est et nullus, quia dictum Concilium non dat facultatem uniendi mensa Capitulari, sed præbendas Capitularium &c.) juxta Clem. si una. §. fin. de reb. Eccles. non alien, quæ caverur, ne Episcopus beneficium conjungat vel annexat sua vel Collegiis Canonorum mensa, etiam ipsis Capituli consensu accedente. Quam Clementinam procedere ait Garc. num. 169. quando unio fit principaliter & directè Capitulo, secus si in consequentiā, & indirectè est in utilitatem Capituli, puta, dum unio fit directè præbendas, & iis applicantur beneficiorum unitorum fructus. Unde jam procedit responsio, siye bona Episcopi, & Capituli sint communia, si id cederet (intellige, ut dictum, directè) in utilitatem Capituli & Episcopi, dum numerum fructus applicentur Capitulo seu mensa Capitulari, vel Episcopali. Corrad. pr. benef. l. 2. c. 8. n. 84. cum Barbol. de pot. Episc. allegat. 67. num. 9. Ratio enim eadem est, ne videlicet Episcopus, vel etiam Capitulum (utpote cuius consensu requiritur ad hoc, ut Episcopus unius beneficia) uniendo mensa vel Capitulari, jus sibi dicat, & in facto proprio Auctoritatem præster. Castrop. Corrad. II. cit. juxta cit. Clem. & ibi AA. communiter. Proinde ut unio fiat ipsi Capitulo, seu mensa, & massa Capitulari, requiritur auctoritas Papa. Corrad. loc. cit. Garc. cit. n. 168. citans gl. in cit. Clem. si una. v. mensa. Cardin. ibid. in fine. num. 3. Abb. in 6. Oldr. cons. 262. n. 3. quamvis addat juxta Bonifac. in cit. Clem. n. 12. posse pro tali unione facienda recurri ad Archiepiscopum, intellige Metropolitanum Episcopi.

2. Respondeo secundò: Possunt tamen ab Episcopo uniri simplicia alicui dignitati, vel præbendas Capituli; inquit omnibus præbendis, non simul seu collectivè acceptis, sed separatis & distinctè, & sic distributivè sumptis, seu singulis, permittere id Tridentino. sess. 24. c. 15. quando in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata insigni aede tenues sunt præbendas, ut cum distributionibus quotidianis non sufficiunt decenti Canonorum gradui pro loci & personarum qualitate sustinendo. Cardin. de Luca. ad Irid. d. 8. n. 17. & de benef. d. 44. nu. 2. & 3. Lott. Corrad. Castrop. II. cit. non enim per hoc dicitur adhuc facta unio ipsi Capitulo; cum aliud sit universitas, aliud singuli de universitate, ut gl. in l. cit. ff. quod cuiusque universitar nomine, non debetur; adeoque & aliud sit Capitulum, aliud singuli de Capitulo. c. Episcopus §. qui manumittitur. 12. q. 2. Felini. in c. cum accesserint. de constit. n. 22. Gonz. gl. 37. n. 23. 24. & seq. Castrop. Corrad. II. cit. Garc. nu. 170. Quamvis idem Garc. nu. 171. censeat, eam esse nimiam restrictionem istius dispositionis Trident. quod non nisi singulis præbendas singula beneficia uniri valeant, & non omnibus indistinctè unum aut plura, prout sentiunt citati AA. & expressius Ventrigl. loc. cit. Card. de Luca de benef. d. 44. n. 2. & d. 45. n. 2. cum Gabriel. cons. 178. num. 3. & seq. l. 2. ubi etiam addat, fusse alias judicarum, factam sic unionem fuisse nullam, etiamsi Cathedralis aut Collegiata non haberent præbendas distinctas, sed tantum distributiones communes pro interestentibus divinis. Adeoque Garc. verius existimat, vi dicti decreti posse fieri unionem omnibus præbendas seu distributionibus simul, juxta declarationem S. Congregationis Concilii, quæ dicat, has uniones fieri posse in distributionibus quotidianis, ubi haec præbendas tenues sunt &c. Neque adhuc ideo posse dici ait, quod unio fiat Capitulo seu mensa Capitulari. De cetero, dum unio fit una præbenda, aut etiam singulis præbendas, eti propter commodum singulorum Canonici in hoc dando, prout requiritur, suum contentum, videantur suspecti, adhuc ramen illam suspicionem non facere, quod dicatur causa propria Capituli, & ideo, licet singulis acquiratur utilitas, verum adhuc esse dicere, Capitulum non præstare Auctoritatem in facto proprio, ait Garc. n. 174. ex Imol. & cōm illis Corrad. loc. cit. n. 89. addit tamen idem Corrad. n. 90. & 91. quod, licet Episcopus cum consensu Capituli supprimere possit dignitatem vel officium, ejus fructus applicando non Capitulo, sed distribuendo inter singulos Canonicos, assignando cuique Canonico vel præbenda certam portionem, prout sentiunt, quos citat Gabr. cons. 186. l. 2. Gratian. discept. for. c. 819. n. 24. Admititurque id etiam Garc. nu. 175. qui etiam inhaerens sua doctrina, addit, posse in vim dicti decreti Trid. in hoc casu fructus præbendarum suppressarum applicari ab Episcopo reliquarum distributionibus simul, & in communia, & indistincte. Nihilominus ubi bona Episcopi, & Capituli sint communia, veluti si Episcopus sit etiam sua Ecclesia Canonicus, ut contingit quandoque, adeoque sit de Capitulo, & tanquam Canonicus habet fructus præbendas, certum est, non posse Episcopum tunc in hoc facto proprio autorizare, sed recurrendum ad Papam, vel ad Metropolitanum, prout id ipsum tradit Lott. l. 1. q. 28. nn. 60. Atque ita in praxi servari, & millies fieri videri in Curia Romana, ait Corrad. n. 92. ut cum

Nu 4 de hu-